Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 945
Quelle:
Copyright:

qui iudicio nostro &c. *Sirm.* p. 551.

Eod. ibid. *Epistola ad Elpidium*, quae incipit: *Deus sanctitatem tuam* &c. *Sirm.* p. 266.

Eod. ibid. *Eucharisticum de Vita sua.* Initium: *In nomine Patris* &c. *Oraculum est scientissimi* &c. *Sirm.* p. 428.

Fol. 63. p. 2. ab *Epistola ad Stephaniam*, quae incipit: *Bene est animo meo* &c. sequuntur aliae X. ut sequuntur apud *Sirm.* p. 265 — 275.

Fol. 65. *Epigramma* cum *Praef.* quae incipit: *Qui miratur officij terminos* &c. *Sirm.* CL. p. 643. *Dictio, quando Paterius et Severus traditi sunt ad studia.* cujus initium: *Si nauta secundis flatibus* &c. *Sirm.* p. 507.

Eod. p. 2. *Paraenesis Didascalica*, cujus initium: *Deo obsequimur, dum eius conuenientia* &c. *Sirm.* p. 437.

Fol. 67. *Epigramma*, quod incipit: *In geminis simplex* &c. *Sirm.* CLI. p. 644.

Eod. ibid. ab *Epistola ad Messalam*, quae incipit: *Scio equidem vos pro desiderio* &c. sequuntur aliae VIII. prout leguntur apud *Sirm.* p. 276 — 288.

Fol. 69. *Dictio de Haereticis et Synodo.* Initium: *Pro ratione soluendum est, quod pro ratione tacuimus* &c. *Sirm.* p. 481.

Eod. p. 2. *Verba Didonis.* Initium: *Quantum docet inclementia, perdidisti* &c. *Sirm.* p. 552.

Eod. ibid. *In Abdicatum* &c. Initium: *Postquam iudices abdicatus filius* &c. *Sirm.* p. 543.

Fol. 70. *Epistola ad Messalam.* Initium: *Solent in auspicata felicitate* &c. *Sirm.* p. 288. Ad calcem: *Explicit liber Ennodij de sentencijs.* Operosam hanc Scriptorum *Ennodii* mire inter se confusorum collationem illa leniit cogitatio, quid, si hoc ordine Autor ea publicasset? Vadem tamen agere nolim. *Codex* a secunda manu varias praefert emendationes, quae illum *Sirmondo* propius admovent.

Initio illi praetexta est membrana non parum adtrita, qua *Adalbertus Ranconis de Ericino* (Iglavia) *Scolasticus pragensis Sacre Theologie et Arcium liberalium professor Parisien. indignus*, de quo ad *Cod.* DXLVII. mentio fit, contra tributorum onera Clero imposita protestatur et provocat hoc initio: *Quamuis diuine Canonice et ciuiles leges libertatem et emmunitatem ecclesiasticam grato semper et fauorabili prospexerint applausu* &c. parum memor, Clericos etiam Cives esse. Praeterea *fol. ult.* p. 2. haec legas:

Exuo me veste, quam dederunt michi heremite,
Hanc domino teste non geram tempore vite.